

minentur. Numero terdenali^a ab utroque latere linea^b protenditur, in quibus numerus apostolicorum^c et^d ab alia parte imperatorum esse monstratur.

60

< 2. >

Quinque etates fuerunt^e ab Adam usque ad Christum; sexta a Christo ultra, quia VI diebus consummavit Deus opera sua. Septima non in opere est^f, sed in quiete animarum^g. Prima etas ab Adam usque ad^h Noe; secunda finiturⁱ in Abraamⁱ; tertia in David; quarta in transmigrati-
 65 one^j Babilonis; quinta in salvatore^k Christo^k; sexta in^l iudice^m. Apocalipsis exponit cursum sexteⁿ etatisⁿ. A^o Iacob usque ad Christum sunt septem tempora, in quibus prelia designantur, que significant^o tribulationes presentis ecclesie. Sexta etas in sex etatulis dividitur^p.

Tribus Iuda, ex qua natus^q est^r Christus^r, Romanam significat^s
 70 ecclesiam, cui Deus regale prestitit sacerdotium¹¹⁵. Alie^t quatuor tribus Constantinopolitanam, Alexandrinam, Antiochenam et Ierosolimitanam. Septem alie^u tribus septem^v ecclesias Apocalipsis¹¹⁶. Ille

a) tredenali P_5 , terdenarii V_4 b) *fehlt* P_{10} , linee P_5 c) apostolorum P_5 , *folgt* Romanorum P_{10} d) *fehlt* V_4 e) sunt α f) *fehlt* $P_5 P_{10}$ g) *folgt* est P_{10} h) *fehlt* P_5 i-i) in Abraham finitur P_{10} j) transmigratione(m) P_{10} k-k) nativitate Christi P_{10} l) *folgt* Christo P_{10} m) *folgt* A Iacob exierunt duodecim tribus Israel, que pertulerunt VI tribulationes. P_{10} n-n) etatis sexte P_5 o-o) in quo designantur P_{10} p) *folgt* XII tribus acceperunt hereditatem in terra promissionis, primo quidem quinque, preterea septem, in quibus tribus Iuda principatum tenuit. Sexta etate fundate sunt quinque principales ecclesie, scilicet Ierosolimitana, Antiochena, Romana, in quibus sedet beatus Petrus; Alexandrina, quam fundavit beatus Petrus per Marcum evangelistam discipulum suum; Constantinopolitana, quam Romana ecclesia constituit secundam post se. P_{10} q) *fehlt* P_5 r-r) Christus est P_5 s) figura(t) P_5 t-t) Postea fundate sunt septem ecclesie in Asia, quas memorat Apocalipsis, scilicet Ephesi, Smirne, Pergami, Thiatire, Sardis, Philadelfie, Laodicie P_{10} u) *fehlt* V_4 v) *fehlt* P_5

115) 1 Petr. 2,9

116) Vgl. Apoc. 1,9-3,22.